

## II. TABULA GENEALOGICA DUCUM WIRTEMBERGICORUM.

EBERHARDUS Ducum Ius*us* decepsit improles. Patrioles: EBERHARDUS Junior, Ducum II*us* fato cecidit improles. a. 1504. Hujus frater HENRICUS propagator Gentis Wirtembergicae.

ULRICUS Ducum III. n. 5. Febr. 1487. Vehementior ut erat ingenii, ita intemperantior quandoque usus regimine cum stabiliendorum pacto Tubingensi a. 1514. privilegiorum Ordinibus auctam dedit; tum Foederi Suevico occupandi Ducatus, inde ab a. 1519. exul Patrine, quad vi armisque a. 1534. ipsius iterum potitus est. Virtus prima experimenta dedit a. 1504. in bello Palatino Bavarico, in cuius praemium plures praefectus reportavit Palatinas. Praecipuum simul hanc laudem habet, quod primus sacra emendavit: fato tandem defunctus d. 6. Nov. 1550.

CHRISTOPHORUS Ducum IV. n. 12. Maij 1515. diu pari cum patre adverba conflictatus fortuna, per omnia expertus, Ducem se postea exhibuit, omnibus optimis in sua cuiusque laude parum, nisi malis etiam superiorum, coepitque a parte negotium Reformationis strenue perfecit. Alter Numa in emendandis facis: quia et legum civilium laudor praecepit. Ereptus tandem rebus humanis 28. Dec. 1568.

LUDOVICUS Duc. V. n. 1. Jan. 1554. Princeps ingenii mitis. Auctor primarius Fideicommissari Gentilitii † 8. Aug. 1593. sine prole.

JOHANN. FRIDERICUS Ducum VII. n. 7. Maj. 1582. Indulgentis animi princeps. † 2. Jul. 1628.

LUDOVICUS FRIDERICUS n. 1586. Com. Montisbel. Sator lin. Montisbel. † 1631.

LEOPOLD. FRIDER. † 1662. GEORGIUS † 1699.

EBERHARDUS III. n. 16. Dec. 1614. Princeps summam humanitatis, virisque moderatae. Restaurator Patriae, bello tricennali misertime dilaceratae. Alter auctor Fideicommissari gentilitii. † 2. Dec. 1674.

WILHELM. LUDOVICUS Duc. IX. n. 7. Jan. 1647. cui nihil defuit, nisi vita longior. † 23. Jun. 1677.

EBERHARDUS LUDOVICUS Duc. X. n. 7. Jan. 1676. sub tutela patrui usque ad a. 1693. quo regimini manurus ab Imperatore declaratus est. Princeps unimi lenissimi, miraque comitate, dummodo clementia ipsius haud prodige abusi essent, qui a latere Ducis fuerant. Conditor Orphanotrophii Stuttgardiae, novaeque urbis Ludovicoburgi: orbatus a. 1731. filio unico, morboque ipse consumptus d. 31. Oct. 1733.

CAROLUS ALEXANDER Duc. XI. n. 24. Jan. 1684. Princeps animo magno, formaque imperatoria, quam egregia ornaverat virtute belli, jam ab a. 1695. fecutus castro Caesarea, et praeceps in clade, a. 1716. ad Peterwardinum, et 1717. ad Belgradum Turcis illata, gloriam confecutus haud intermorituram, proptereaque denominatus Gubernator regni Serviae, ipsiusque capititis Belgradi, qua proxima defunctus est, quoad ipse ad regimen provinciarum avitarum a. 1733. accessit. A. 1737. 12. Mart. subita morte correptus.

CAROLUS EUGENIUS Ducum XII. n. d. 11. Febr. 1728. Cui nemo Ducum sapientia, longoque rerum usi prior fuit; et cui cuncti cives boni vitum longevam pie precantur.

D. LUDOVICUS EUGENIUS, n. 6. Jan. 1731. Princeps expertise virtutis, spectataeque fidei, constantiae, atque caritatis in Patriam. Habitans Weiltingae cum Serenissima familia.

GEORGIUS n. 4. Febr. n. 1498. Primum à fratre a. 1513. adepctus Comitatum Horburgensem cum dynastia Richovillana in Alsatia, poster à Duce Christophoro a. 1553. Comitatum Montisbeligardensem cum dynastiis annexis accepit, qua liberalitate illectus, ne gens Wirtembergica decesseret, provectus jam aetate, duxit uxorem, ex qua fuit omne natus est progenitor omnium Ducum sequentium. Strenuus defensor dogmatum A. C. a. 1558. diem obiit suum.

FRIDERICUS n. 19. Aug. 1557. Comes Montisbeligardi: Sed post obitum Ducis Ludovici a. 1593. Ducum VI. hanc sibi praecipuum laudem vendicat, quod sua constantiā, sublata pacto Pragensi subinfeudatione Austrica, Ducatum in pristinum statum Erectionis restituit. Correptus apoplexia d. 29. Jan. 1698. Parvus quinque filiorum.

JULIUS FRIDERICUS n. 1588. Auctor lin. Weiltingae-Oelsnensis.

FRIDER. ACHILLES  
n. 1591. † 1631.

MAGNUS.  
n. 1594. † 1622.

LEOPOLD. EBERHARD. ultimus lin. Montisbel. † 1723.

FRIDERICUS Sator lin. Neostadiensis n. 19. Dec. 1615. † 1682.

ULRICUS n. 1617. † 1671.

FRIDER. AUGUST. n. 1654. † 1701.

CARL. RUDOLPH. n. 1667. † 1742. Administrator Ducatus a. 1737. et 1738.

FRIDERICUS CAROLUS n. 12. Sept. 1652. Dux Administrator ab a. 1677. ad 1693. † 1698.

HENRICUS FRIDERICUS  
n. 1687. 16. Oct. Dux exercitus Caesarei egregius.

FRIDERICUS LUDOVICUS  
n. 1690. Dux Caesar. cecidit  
a. 1734. in proelio apud Quaffallam.

D. FRIDERICUS EUGENIUS n. 21. Jan. 1731. Pater quo non felicior alter. Socer quippe et augusti magni Duci Russorum, et augusti Principis Metruscorum haereditarii. Virtutis praeclara documenta Regi Borussiae dederat in bello septenni. Nunc autem Vicarius est Duci in Principatu Montisbeligardi, ubi pridem habitat cum Ser. familia.